gare singulis annis; sicque vice versa ipsi proconsules et consules eciam in hujusmodi concordia promiserunt prefato Hinrico Hersleven ipsum velle tueri et defensare in suis necessitatibus sicuti alios eorum opidanos et incolinas. Quam quidem concordiam prehabitam et modo premisso in ipsius domini Olrici comitis de Regenstein inter prenominatas partes consummatam ipse dominus comes laudavit et approbavit mandans eciam mihi notario, ut ipsis partibus aut alteri ipsarum de premissis conficerem instrumentum seu instrumenta tot quot sint necessaria. Acta sunt hec Blankenborgh sub anno indictione die mense hora et pontificatu quibus supra presentibus ibidem strenuis et discretis viris Siffrido de Hoym, Johanne Knetlinge, Henningo Wolters, Ottone Schutten armigeris Halberstadensis diocesis testibus ad premissa vocatis et rogatis.

(Notariats-zeichen.) Et ego Conradus vam Hofe, publicus sacra imperiali auctoritate notarius et clericus Halberstadensis diocesis, quia premissis omnibus et singulis dum sic, ut punctiter fierent et agerentur, una cum prenominatis testibus presens interfui eaque sic fieri vidi et audivi ideoque hoc presens publicum instrumentum, me aliis occupato negociis, per alium fideliter scriptum exinde confeci et in hanc publicam formam redegi meque manu mea propria subscripsi signoque et nomine meo solitis et consuetis consignavi rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum.

Original im Stadt-Archiv zu Quedlinburg No. 110.

---

355. *Anna, Aebtissin von Quedlinburg, belehnt Heinrich Harsleben mit der vor der Stadt gelegenen Braunlakenmühle. 1439. Juli 25.*

Van der gnade godes we Anna ebdesche ... bekennen ..., dat we ... belighen unde bekennen ... dem bescheden manne Hinric Hersleven unde synen erven mit der Brunlakenmolen, belegen vor der stad to Quedelingeborch, der wehre ehme die bescheden man Syferd Harleff gentzliken vor uns upgelaten unde vortegen heft, to rechteme ervelehne, so tynsgud wise unde rechte, ... unde schullen uns edder eyner frowen to Quedel.... darvan alle jar up sunte Mertens dach den tynsz ... geven etc.

Na Christi unses hern gebord XIIII hundert jar darna in deme XXXIX jare an sunte Jacobi dage des hilgen aposteln.

Im Auszuge gedruckt bei Erath 738.

http://digital.slub-dresden.de/ppn35818617X/351